Gregorius epc servus servor dei Dilectis filiis universitati et hominibus terre Montisflani nobis et Roman eccle in
mediate subiecte firman dioc Salt et aplicam ben Sedis aplice circumspecta benignitas devotos et humiles filios ex assuete pietatis studio
graciosis favoribus prosequi consuevit et illos qui pro servanda fidelitate Roman ecclie dampna et iniurias perferre non metuunt po
tioribus gratiis communire. Cum itaque sicut exhibita nobis nuper pro parte vra petitio continebat vos pro honore et conservatione status
dicte ecclie maxime a duobus annis citra propter guerras que per hostes et rebelles predicte ecclie in partibus illis facte fuerunt
et cotidie fiunt multas derobationes et depredationes passi fueritis ac alia dampna quamplurima sustinueritis et sustineatis etiam de
presenti adeo quod omnes quodammodo estis pauperes effecti Nos volentes vobis premissor intuitu paterno compati affectu et de ali
cuius recompensationis auxilio providere vris in hac parte supplicationibus inclinati vos et vrm singulos ac Terram vram Montisflani cum om
nibus incolis et habitatoribus eiusdem ab omnibus obsequiis muneribus et oneribus que de cetero per nos vel quoscumque officiales nros et dicte
ecclie nomine nro vel ipsius ecclie in provincia Marchie Anconitan de qua estis pro tempore imponentur usque ad beneplacitum aplice sedis auc to
ritate aplica tenore presentium de speciali gratia eximimus et plenarie liberamus districtius inhibentes eisdem officialibus qui pro tempo
re fuerint ne vos vel terram aut incolas seu habitatores predictos contra exemptione et liberationem nram huiusmodi venire aut molestare
quoquo modo presumant ac decernentes exnunc irritum et inane quicquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter co
ntigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre exemptionis et liberationis infringere vel ei ausu temerario contraire.
Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beator Petri et Pauli aplor eius se noverit incursurum Dat Anagnie
Vj Id. Octobr Pontificatus nri Anno Septimo.

Registrate fuerunt presentes litere per me Lucam Anthonii
Vanis de Piro notarii camere locumtenentem sub
anno MCCCLXXXXVII V indictione die XVIII [illegible]

R. Frontalis

Vi

Johannes de Teomusto

R

Bernart

6

Exentio ab omnibus oneribus realib(us)
& personalibus, & pro damna passa tpre belli

Sgravio dai pesi Camerali
e i danni patiti in tempo
di Guerra. Greg.o XI.

N.o 12.o 1377